

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Meditationum Ad Pandectas Sacras Specimen Decimum, De Usu S. Scripturæ In Jurisprudentia

Rostochi[i]: Typis Nicolai Schwiegerovii, [1730]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1002310695>

Druck Freier  Zugang



RU jurist. 18.Nov.1730

Mantzel, Ern. Joh. Frid. /k

H
10

MEDITATIONUM
AD
PANDECTAS SACRAS
SPECIMEN DECIMUM,
DE USU
S. SCRIPTURÆ
JURISPRUDENTIA,

QUOD ANNUENTE DEO T. O. M.
ET FAVENTE AMPLISSIMA FACULTATE JURIDICA,
IN ACADEMIA PATRIA AD VARNUM

ANNO JUBILÆO
MDCCXXX. d. XVIII. NOVEMBR. 1730

PRÆSIDE
DN. ERN. JOH. FRID.

H. Hanzel,

PHIL. ET JUR. DOCT. ATQUE INSTITUT. PROF. ORD.
STUDIORUM SUORUM PROMOTORE ÆSTU-

MATISSIMO,
H. L. Q. C.
defendet

GUSTAV. FRID. SCHWABE,

Rostoch.

L. L. STUD.

• • • • • • • • • • • • • • • • • •
Rostochi, Typis Nicolai Schwiegerovii, Amplif. Senat. Typogr.





Meditatio I.

Auctor. XV. 20. XXI. 25.

Sangvinem edere licet.

Motajam est hæc controversia ad Pentatevchum, & non obstantibus multorum antiquorum & paucorum recentiorum Theologorum sententiis, subscriptissimus pluralitati hodiernæ, nam textus Genel. IX. 4. omnino erit explicandus de membro animalis vivi non edendo, & præterea inhæremus opiaioni, quod hæc prohibitio Novi Testamenti Apostolica fundamentum habeat non in regulis justitiae, sed prudentia, putantes denique omni dissensiui satisfacere textum Cap. XXII. 25. Den Gläubigen aus den Heyden haben wir geschrieben und beschlossen, daß sie der keines halten sollen, denn nur sich bewahren für . . Blut &c. Prouti etiam textus Cap. XV. 28. idem satis inculcat verbis: Euch keine Be schwerung mehr aufzulegen, denn nur &c. Omnia igitur recurrent ad Apostolicam prudentiam, daß die Gläubigen aus den Heyden möchten keinen Anstoß geben den andern sowol neu belehrten, als noch unbelehrten von den Juden. Denique hæc omnia probabilitatum ordini exemta esse observamus Rom. XIV. 23. sqq.

Meditatio II.

Aet. XVI. 36. sqq.

Honorifice dimittendi sunt, qui innocentiam suam probarunt.

Valde exemplaris est historia hujus Capitis: Denunciatur Paulo & Silæ: Die Hauptleute haben hergesandt, daß ihr los seyn sollt, sed Paulus respondet: Sie haben uns ohne Recht und Urtheil öffentlich gesäupet . . und solten uns heimlich ausschaffen? Nicht also, sondern lasset sie selbst kommen und uns

A

hinaus

hinaus führen. Et obtinet hoc judicium, nam v. 39. legitur de Præfectis, quod venerint, bona verba dederint, & ipsos cum honore dimiserint. Amplissima est hæc juris materia, quam in speciali Diff. Academica sistere diu decrevimus, cuius erit rubrica: *De honorifica dimissione innocentum.* Accipiet Lector forte per illam, quæ sibi grata habebit.

Meditatio III.

Acto. XLIX. 12. sqq.

*Gallionismus, tempore Gallionis, virtus, nostro
autem vitium est.*

Gallionismum appellare solent nonnulli, ceu testantur Scripta ex professo illud insinuantia, illum Principum & Magistratum morem, quo duce in controversiis theologicis authoritatem suam nolunt interponere; Putant se habere statis fundamenti in Historia rubricam fundante. Sed anceps hæc est causa, & sub distinctione gravi graviter enodanda. Gallion ille Proconsul recte satis nolebat Judex esse in controversiis religionis, Judæis enim concessum erat a Romanis vivere secundum Leges Mosis, unde sponte sua fluit Gallionem prudenter decrevisse: Wenn es ein Frevel oder Schaltheit wäre, so hörete ich euch billig; Weil es aber eine Frage ist von der Lehre . . . so sehet ihr selber zu, denn ich gedenke darüber nicht Richter zu seyn. Sequitur etiam, Gallionem recte siluisse ad injurias Sostheni illatas v. 17. vel enim ille causam propositurus frigide se expediverat, vel Proconsuli incommodus fuerat causa tali quæ ad eundem non spectabat; Nec adeo est clarum, annon ipsi ministri Gallionis Sosthenem percusserint atque abegerint. Sed hæc ad Historiam in terminis; Quæ autem circa eandem meditamus, sunt de Gallionismo moderno, qui vitium est: Principis enim Jus inter alia hoc est, ut judicet in controversiis theologicis, daß er, wenn es eine Frage ist von der Lehre . . . gedenke Richter darüber zu seyn. Novimus omnino hoc delicatum apud, von den Recht der Evangelischen Fürsten in theologischen Streit.

Streitigkeiten nostro seculo nimis temerariis passim, observationibus esse implicatum, volitant enim per manus eruditorum scripta hoc ex professo commonstrantia Lipsiae, Halæ & alibi euulgata; Sed veritas sua radiat luce, modo versemur in tramite medio. Principibus non competit dominium in conscientias, ut per modum imperii, quid statuendum sit, injungant; Principum autem est, vi juris circa sacra, ad propullulantem novam doctrinam attentos esse, ne quid Resp. detrimenti capiat. Remittimus nos ad Medit. superiorem occasione Act XV. de Conciliis subnatam; Et quamvis nullam mereatur attentionem novum enascens dogma quoad pondera, tamen ut exterminetur, omnino erit ad illud assurgendum. Distinximus nuper circa hoc thema inter capita fidei fundamentalia & alia, addidimus etiam distinctionem inter credenda & agenda circa religionem; Vindicavimus autem simul etiam Principibus jus reformandi in agendis & adiaphoris praesertim, si nimirum forte adhuc quædam reformanda supervent, si reliquæ forte adhuc hærent in angulis ecclesiæ, quæ essent everrendæ; Circumspiciat igitur Princeps, & gratuletur suæ & nostræ ecclesiæ, videns omnia adeo esse nitida atque pura, ut manum ulteriorem & ultimam adhibere opus non sit.

Meditatio IV.

Acto. XIX. 19.

*Libri nocivi sunt igne abolendi, corrumpendi,
supprimendi.*

De famosis libellis praxis in viridi adhuc est, sed quod in libros magicos & alios eandem & publicam quidem statuimus sententiam, non adeo frequens est, utut Leges antiquæ & illarum rationes id apprime velint. Elegans certe Lex est Ult. Cod. Theod. de Malef. mathem. & his sim Mathematicos, nisi parati sint codicibus erroris proprii sub oculis episcoporum incendio concrematis catholica religionis cultui fidem tradere, nunquam ad errorem prateritum reddituri: Non solum urbe Roma sed etiam omnibus civitatibus pelli decernimus. Qued si hoc non fecerint - -

A 2

depor.

deportationis pœnam excipient. Non equidem legnes solemus esse adversus tales homines & libros in puniendo & removendo, sed quod libros & alia malitiæ instrumenta publice comburamus, nullibi legitur. Obvia etiam est l. 4. §. 1. ff. *Famil. ericis.* ita habens: *Tantundem debet facere & in libris improbatæ lectioñis, magicis forte, vel his similibus;* *Hac enim omnia protinus corrumpenda sunt.* Conf. *SCHOEPFF. Synops. tit. de Contr. Emt. n. 15,* ubi libri reprobatae lectioñis dicuntur esse extra commercium. Fiatigitur idem, quod factum est cum Litteris & Libris Ephesis; Minus recte enim talia in publicis bibliothecis, pinacothecis, technophylaciis & alibi asservantur, quia Leges jubent corruptionem, quæ non promptius quam igne fieri poterit. Extendendum hunc rigorem etiam esse adversus Libros hæreticos volunt emphaticæ leges tit. *C. de Hæretic.* videlicet l. 6. §. 1. & l. 8. §. 5. quæ prohibit lectionem, descriptionem & editionem sub pœna deportationis. Conf. *L. 3. §. 3. C. de S. Trinit.* ubi dispositum, quod illorum scripta, qui doctrinas quasdam ediderunt ambiguas, & non per omnia & præcise congruentes expositæ orthodoxæ fidei a Sancta Synodo Nicæna comburi debeant. Verum ubi est harum legum observantia? forte nostro seculo tam pessimè nobis consulitur, ut nihil non habeat suos defensores, unde quid sit hæreticum, proh dolor! semper in ancipiti manet quæstione. O tempora! o mores! Debebamus severiores adhuc hodie esse, postquam ministerio typographiæ, tot perniciissima scripta, in linguis etiam vernaculis, in vulgus protruduntur; sed lucri cupiditas & censuræ debitæ defectus, præfertim apud quosdam qui Non-Germani sunt, omnia hæc in pejus ruere permiserunt. Solemus equidem confiscationem interdum decernere, sed nunquam hactenus bonum scopum obtinuit tale decretum, siquidem in vetita semper magis nisi fuerunt lecturi, & negata habendi copiam fecerunt facile illi, quibus corrumpere & erudire idem fuit. Inciderunt in item *Exc. Dn. LEYSERUS & Cl. Dn. STOLLIUS* super hoc comma, putavit enim hicce in der Anleitung zur Historie der Gelahrtheit, p. 572. Non facile supprimendos esse libros

libros nocivos, sed illos juncta refutatione lectoribus esse concedendos, aperiendos; *LEYSERIUS contra Medit. ad Pand. Spec. CXC. med. 5.* cordate posuit: *Improborum Librorum commercium recte prohibetur.* Forte hosce Viros Celeberrimos ita conciliare licebit, ut sibi non plane sint contrarii. Distingendum enim graviter est, & quod expediat, librum, etiam valde improbum, cum refutatione edere, quem a recte sentientibus ex diffidentia supprimi blaterarent veritatis hostes, multierunt iwasores. Tribus vindicare hoc sibi deberent strictius Principes, Censores constituentes, privatis enim quibuslibet, pro suo pruritu talia libera esse vehementer nocet veritati & Reipublicæ,

Meditatio. V.

Auctor. XXII. 25.

*Qv. Qvomodo Paulus se appellare potuerit
Civem Romanum?*

Paulus erat Tharsensis Cilicius, & sicuti postea Imperator Antoninus omnibus in orbe Romano habitantibus dederat Jus Civitatis Romanæ, vid. l. 17. iff. de Stat. Hom. Sic Ciliciani, qui ex colonis Romanis constabant potiori ex parte, Romanos se jam ante appellabant, proculque dubio Paulus patrem habuerat Romanum civem, utut paulò aliter sentiat Grot. ad h. l. Constat insuper diu jam Tharsenses splendore Romano coruscasse, malebant enim jam in honorem Julii Cæsaris ob illius merita in suam urbem illam appellare Juliopolin. Et ab Augusto lautissima acceperunt privilegia; Imo a Triumviro Marco Antonio receptos in Jus Civitatis Tharsenses esse, nonnulli asserunt. Recte igitur provocat ad Jus Civitatis, & vult frui privilegio civium Romanorum, quos nondum convictos & servos poenæ nondum factos, vinculis constringere, & praesertim virginis cædere non licebat propter Leges, Porciām & Semproniam, quarum mentionem facit Cicero passim, e. gr. *In Oratione pro Rabirio; Porcia Lex virgas ab omnium Civium Romanorum corpore amovet;*

A 3

amovet;

smovet; Et in *Verrina V.* O nomen dulce libertatis! o jus eximum nostra Civitatis! O Lex Porcia, legesque Sempronia! Ut taceamus loca alia apud Salustium & alios. Notare placet, ante Leges Porciam Semproniam graves poenias statuentes, Lege Vale-ria prohibitum fuisse provocantem virgis cædere, sub clausula: *Si secus factum, improbe factum sit;* Quæ clausula omnino punitoria fuit, vid. *PUFEND. de J. N. & G. L. I. C. 6. S. 14.* Unde dissentiens *JL. WERNHER. Elem. J. N. & G. Cap. III. S. II.* lustrandus; Conf. *Ant. Augustin. de L. L. & SCts rubro Porcia.*

Meditatio VI.

Actor. XXIX. 4.

Vipera Malthensis venit in observationem curiosam.

Testantur Geographi, in Insula Maltha non dari reptilia veneno infecta, unde scrupulus quibusdam enatus fuit, unde venerit vipera Pauli. Sunt tres opiniones, quantum hactenus observare licuit, hoc dubium eliminaturæ: Prima, Paulum non appulisse ad illam illustriorem insulam Maltham, sed aliam ignobiliorum prope Dalmatiam sitam, hodie Melidam dictam; Secunda, Ligna & arbusta illa fuisse aliunde petita, quia insula Maltha non fert ligna, viperamque una esse asportatam ramentis involutam; Tertia, a Pauli temporibus per benedictionem ipsius insulam factam fuisse vacuam serpentibus. Vid. *BECMANN. Annalen vom Ritterlichen Johannis-iter-Orden Cap. II. §. 9.* Conf. *Cl. HUBNER. Geograph.* Eligamus nunc meliorem, salvare rectiori. Prior plane non placet, partim ob itineris Paulini seriem, præsertim autem ob tot vestigia Paulini nominis in celebriori Maltha obvia, sunt enim ibidem portus, cavernæ, fontes & alia a Paulo denominata, & quamvis talia nomina forte successu temporis ex falso narratione potuerint enasci, tamen hæc conjectura vincitur contraria fortiori. Secunda est nimis longe petita, immo oppido falsum est, ne quidem arbusta crescere in fundo Malthensi, qui tamen producit passim proventus terræ, utut maximam partem

partem sterilis & laxosus sit, Conf. Locus OVIDII Libr. III.
Fast. Fertilis est Melite - - Superest igitur tertia, quam ad-
misso nemo ægre feret.

Meditatio VII.

Paulus insignis fuit Jctus.

Quam eruditus in omni scientiarum studio fuerit Pau-
lus, facile colligitur tam ex Actis Apostolicis, quam ex Episto-
lis ipsius ad varios scriptis. Distincte satis hoc exposuit Dn.
STROHBACH Spec. Diff. Lips. de Eruditione Pauli Apostoli; & nu-
per Cl. KIRCHMAYERUS Prof. Wittreb. scripto Jubilæo. Præter-
tim autem eruditissimus fuit Jure Consultus, id quod itidem
testantur tot flosculi juridici tam bene & opportune ubique
in tatis propriis, vel in doctrina ad demonstrandum & per-
suadendum exhibiti, quosque multa ex parte excerpta sistet
hujus laboris series. Nec obstabit, ex Actis & passim aliunde
constare, Paulum fuisse textorem tapetum, solebant enim
Eruditi cum studiis jungere opificia. Vid. LOESCHERI Spec.
diff. ex Historia Literaria. Videri equidem posset, ac si otia
nobis fecisset Jctus Hal. Jo. Sam. STRYKIUS Diff. Spec de Juris-
pudentia Pauli Apostoli, Hal. 1695. Sed videbit B.L. nos equi-
dem omnino valde & utiliter usos fuisse illo erudito labore,
videbit autem etiam instituti nostri rationem multum esse alie-
nam, non enim omnia dicta quæ excerpit Strykius illud in-
grediuntur, & contra putamus nos habere, quæ ille non te-
tigit. Non allegabimus illam dissertationem quovis loco,
quo illa nobis inservivit, sed sufficere remur generalem hanc
declarationem.

Meditatio VIII.

Rom. I. 19. 20. II. 14. 15.

*Datur notitia Del naturalis, & Jus Naturæ cordibus
nostris est inscriptum.*

Illustres sunt versiculi quos passim apud Scriptores gen-
tiles observamus, quique hæc Paulina effata in terminis quasi
refe

referunt. Volvantur scripta SENECAE, & præsertim CICERONIS, quæ fragrantia talibus dictis sunt. Placet instar omnium excerptere locum Ciceronis ex Orat. pro Milone : *Est hac non scripta, sed nata Lex, quam non didicimus, accepimus, legimus, verum ex natura ipsa arripsumus, haesimus, expressimus, ad quare non docti, sed facti, non instituti, sed imbuti sumus.* Nemo est inter tot scriptores Juris naturalis qui hoc caput non attingeret, hinc actum ageremus si largiter scripta scriberemus iterum. Longa interea est controversia de principiis innatis, & num possit statui, hominem, statim post ingressum in hunc mundum ab omni consortio aliorum hominum sequestratum, &, ceu fingere licebit, inter bestias enutritum, sensum existentiae DEI & moralitatis actionum esse habiturum. B. PUFEND. & nonnulli & antiquioribus & recentioribus gratis hæc fingi scribunt, vid. Lib. II. de J. N. & G. Cap. III. §. 13. & in Compend. de O. H. & C. Cap. de Offic. erga DEum. nec volunt ulterius ascendere, quam quod admittant dispositionem in homine, facile ad primam doctrinam assensum præbendi, daß der Mensch geschickt sey von Natur alsobald als er ein wenig auf die Sprünge gebracht wird, dergleichen natürliche Wahrheiten zu erkennen, und aus einigen principiis communicatis alle andere zu folgern. Multam impenderunt alii solertia, quo veritatem assertorum de pure innatis principiis liquidam exhibeant, usi sunt fictis ad fabularum Romanensium ideam factis relationibus, inter quas eminet Angli ingeniosissimi labor versus in germanicum s.t. Der von sich selbst geleherte Welt-Weise in quo narratur, quomodo insans expositius a bestia in insula hominibus experte enutritus Hay Ebn Jackdhan postea appellatus, ad multam cognitionem moralium, imo ad sapientiam, sibi relictus pervenerit. Quo igitur nos vertemus? Manebimus in tutioni & meliori sententia, cum scriptura & Gentiliū judicis magis concordante, quod scilicet omnino dentur principia nobis innata, ita ut sine manuductione universalia cognoscere homini sibi plane relictio tribuamus; Corroboret hoc idem superius nostrum assertum, quod Atheismus sit vitium voluntatis non intellectus, indeque graviter puniendus,

niendus, adeo ut Hobbesiana philosophia de Atheistis non-rebellibus exulare jubeatur. Vid. *Perill. WERNHER.* *Elem. Jur. Nat. Cap. VIII. §. 8. sqq.* Nolumus hæc fusius exponere, nemo enim non novit hanc demonstrationem existentiæ divinæ ex regula: *Nihil est a seipso*, quæ concordat cum illo Paulino: *So man das wahrnimmt an den Werken der Schöpfung*; Et hoc argumentum tantum est, ut a motu, & a specialibus affabre factis specialiter concludere sit supervacaneum; Nihil enim in natura jam est, quod ante naturam non fuerit miraculum, id quod illi pecudi inter homines solum satis est, qui DEum ex harmonia rerum demonstrato roggannire solent: *Das sey alles natürlich*. Non igitur ultra rhetorizationem mihi valent illa scripta, quorum Autores DEum ex oculo, ex pluvia, ex voce animalium &c. indagare docuerunt; Capiatur enim Universum, nam si specialia placent, DEus etiam ex gramine, ex passere & ex aure potest indagari.

Meditatio IX.

Rom. III. 8

Non sunt facienda mala, ut inde eveniant bona.

Adhibet, juxta interpretationem, Apostolus in terminis, hanc regulam. Et videtur illa adeo esse vera, ut nullam patiatur ne quidem exceptionem; imo reple adeo vera illa est, modo quædam adversus eandem impingere visâ, more nobis recepto, indagemus. Romani in suis legibus interdum contra hanc regulam peccarunt, & exemplo esse potest permisso lupanarium, putabant enim majus malum, adulteriorum, stuprorum honestis feminis attentandorum, imo Sodomiarum tali minori malo evitari posse; Sunt etiam, nam nihil indefensum relinquitur, qui hoc problema politico-morale adhuc faciunt, & in Romanorum partes inclinare videntur, statuentes, in bene constituta Rep. tolerari posse lupunaria; Sed absit, illis subscriptisse, tantum enim homini sobrie viventi tribuendum erit auctoratum regimen

B

inque

inque corporis motus imperium, ut alia via queat uestiones evitare, id quod in proxima dissertatione de *Non-ente incontinentia in Praxi*, fusius dabimus. Sed quomodo concilianda erit hæc regula cum illa : *Ex duobus vel pluribus malis minimum est eligendum?* Salva res est, non enim in illa regula agitur de concursu & collisione duorum peccatorum & delictorum, sed capienda illa est vel de concursu duorum incommodorum, quorum, si libere agere liceret, neutrum admitteremus. Sic e. g. Iactum facientes naufragium evitaturi, sic moderamine inculpatæ tutelæ utentes, seipso conservaturi &c. &c. versantur cum illa regula. Vid. *PUFEND. de O. H. & C. Cap. de Act. Hum. & Cap. de Off. erga s. ipsnm.* Porro meditationem subeunt ea quæ ex ratione status disponere & statuere solemus, quoties enim salus Reip. seu suprema Lex, jubet ea fieri quæ nude considerata impia & injusta essent, toties fit apparenter malum, quod tamen in effectu malum non est; Quoties per præscriptiones & fatalia viam paramus juri & obligationi civili tantum, toties iterum videmur admittere malum, sed partim juvat regula: *Damnum quod quis sua culpa sentit, non sentire videtur;* partim aliæ insigne sunt causæ, quæ omnes denique conspirant & confluunt in illo illustri: *REIPUBL. interest.* Plura, si placebit, in conflietu.

Meditatio X.

Rom. VI. 7.

Mors in criminalibus non solvit omnia.

Nemo captabit voces, alias enim absurdâ satis sequi possent ex vulgato illo: *Mors omnia solvit;* Omnes igitur obligationes regulariter sunt reales sive ad hæredes transitoriæ, nam exceptio tantum est in taxative personalibus, in illis negotiis ubi specialis fides est electa, & quam maxime in personalissimis. In Criminalibus mors etiam non omnia solvit, nam dantur executiones in cadavera defunctorum, & continuatur poena in cadaveribus punitorum, id quod justitiæ

justitiæ conforme satis esse supra his probavimus, nec recoxissemus hanc thesin, nisi hoc dictum Paulinum a dissentientibus vocaretur in præsidium: *Wer gestorben ist, der ist gerechtferigt von der Sünde*; Sed valde male hoc dictum ad illam quæstionem trahi, nobiscum videbunt, qui sensum spiritualem examinant. Solet etiam objici vulgata phrasis, præsertim linguae Saxonicæ inferioris: *Hei ist gerichtet, qua phrasi indigitant, illum delinquentem mortis suppicio esse mulctatum*; Sed quid inde? Forte enim hæc loquendi formula est minus accurata, nam non est curiae sed plebis; Et si defendi potest, aut intelligenda est ita, quod sententiam passus sit, quoad primariam partem, nam & illa relictio in patibulo, rota & palo est sententiæ conformis; Aut, quod probabile satis, idem dicunt Nostrates hac phrasis, quam quod in stilo superiori ita effertur: *Er ist hingerichtet, quæ dicendi formula de mortis suppicio irrogata procul dubio accipitur; e. gr. Er ist mit dem Schwert hingerichtet, &c.* Denique apparere putamus, hanc regulam vix dignam esse nomine regulæ, quia exceptiones eandem maxima ex parte absorbent.

Meditatio XI.

Rom. VII. 2. 3. Coll. i. Cor. VII. 10. 39.

Tempora luctus a conjugibus observanda ipsa honestate determinantur.

Differit Apostolus de vinculo inter conjuges morte soluto, insimulque inculcat, secundas nuptias non esse prohibitas, neutquam autem voluit ita intelligi, ac si nullum tempus honesti luctus legibus queat præscribi, unde valde mirum, quod Pontifex C. pen. X. de secund. nupt. hæc dicta apostolica pro fundamento ponens, omnem juris civilis sobriam dispositionem tollere conatus sit. Testimonium hoc iterum est, quod Pontificii semper peccaverint in illustrem nostram regulam, L. 17. ff. de L. L. quod nempe scire leges non sit tantum nosse verba legis, sed earundem vim atque potestatem:

statem; Crasse enim nudis uti voluerunt verbis, & nunquam de mente Apostoli cogitarunt, alias enim mox agnoscissent Apostolum hanc honestatem non exclusam voluisse. Sed quid scribimus de honestate? quando enim de uxore & de vidua sermo est, tempus luctus non est meræ honestatis, quia viduam gravidam ducere tanta est turpitudo, quam nec Princeps nec Papa tollere potest, ceu heroicè loquuntur Doctores. Nec ferit nos nova Medicorum doctrina, quod videlicet ratio illa l. 11. §. 1. ff. de his, qui not. inf. de turbatione sanguinis sit male fundata, quia turbatio illa post conceptionem non amplius fieri potest, nam tutius & rectius esse remur, tali casu ubi periculum nunquam adeo potest esse in mora, ut subscribamus antiquioribus conf. elegans lex 42. ff. de rit. nupt. volens, ut in conjunctionibus non solum consideretur quid liceat, sed & illud quod honestum est. Quantum autem temporis præcise observari debeat in regula, quandoque Principes certi quod vidua non sit gravida diligentia velint, non ex legibus Romanis adeo quam ex domesticis erit petendum, præsertim quia masculis jus Romanum nimis indulget. Tribus: Mecklenburgicam nostram legem novissimam in der erläuterten Kirchen-Ordnung Cap. 3 §. 5. in fine habemus pro omni numero perfectam: Im Trauer-Jahr sollen die Wittwen ohne Dispensation nicht freyen, und obgleich per jura communia denen Wittwern die volle Freyheit ist gelassen, wollen wir doch, Christlicher Ehrbarkeit halber, daß sie ihren verlohrnen Ehe-Frauen zu billigen Ehren zum wenigsten ein halb Jahr ungeföhret bleiben, oder befindlichen Umständen nach, gleichfalls Dispensation suchen sollen.

Meditatio XII.

Rom. X. 4.

Christus finis est legis ceremonialis.

Connexio textus magis equidem admittit illorum explicationem dicti, Christus ist des Gesetzes Ende, quæ vult hic sermonem esse de Justificatione peccatoris non per legem sed per Christum & Evangelium, quia additur: wer an den glaubet,

gläubet, der ist gerecht; Quia autem verum omnino est Christum etiam esse finem legum ceremonialium conf. Hebr. VIII. 13. toleranda minimum erit illorum interpretum doctrina, qui de termino legum ceremonialium Apostolum intelligunt.

Meditatio XIII.

Rom. XIII. 1. sqq. coll. 1. Pet. II. 13.

Majestas est a DEO.

Videtur ac si hæc assertio, ipsi veritati divinæ adeo consona, non posset occasionem facere litigiis Politicorum; Sed videantur Scriptores, & illi qui communem errare solent errorem, & illi qui sobrius judicant. Redeunt interea paucis omnia ad logomachiam & esse a DEO *mediate vel immediate*; Omnino est a DEO approbante & pondus largiente, quod sit Magistratus, id quod sole meridiano clarus est, nisi fanatico cœstro perculsi dissentire & anarchiam introduci voluerint; Deus enim, qui Dominus est ordinis, felicitatem humanæ societatis, alias mox pessundandam, omnino per Magistratus vult conservari. An autem singula individua imperantia immediate a DEO data & destinata esse, dici queat, alia est quæstio. Satisfecit largiter hoc thema scrutaturis III. BOHMERUS Jur. Publ. Univ. Libr. I. Cap. II. §. 26. sqq. qui aliorum etiam opinione proponit & perlustrat, nec obliviscitur illorum, qui interesse politicum ponunt in ea doctrina de immediate tributa majestate, quos inter operosissimus est MASIUS Theol. Hafn. Tr. de Interesse Principum, Cap. 4. Placet extantiora & decisiva quædam huc exscribere, sic igitur habet in not. 1. ad §. 26. Concedi potest. Deum concurrende sua providentia ad electionem vel constitutionem hujus vel illius persone diverso modo societas civilis potest cum Petro dici ordinatio humana, si specialem illius nexum atque originem respicias: Cum Paulio vero ordinatio divina, quatenus a DEO est approbata. Conf. multis B. BUDDEI Diss. de Concordia relig. Christ. statusque civilis, speciatim Cap. IV.

Meditatio XIV.

Rom. XIII. 4.

Delicta immediate adversus Deum commissa in foro soli etiam sunt punienda.

Dissentient illi, qui delicta immediate adversus Deum commissa puniri in hac vita nolunt; Referunt in illam classem, *Blasphemiam*, & quæ sub eadem continentur, *Atheismum* & *perjurium*; Sed obstant idea Legum forensium pœnas blasphemis dictitantium, vid. supra *Medit. Spec. de Blasphemia ad Lev. XXIV. 10.* Reste igitur habet art. IO6. C. C. C. Et vid. ad illum *Exc. KRESSIUS in not. ad §. 5. & 6.* illorum memor adversus quos hæc observatio directa. Nec obstat clausula præcepti secundi: Denn Gott will den nicht ungestraft lassen, der seinen Nahmen missbraucht; Nam non excludit per eam Deus Magistratus animadversionem, præsertim quia in nostro textu ille appellatur Gottes Dienerin, eine Rächerin zur Strafe, über den der böses thut. Frustra autem in partes vocatur *GROTIUS de J. B. & P. Cap. XX. Lih. II. §. 20.* qui ex aliis ejusdem capitilis §§, præsertim ultimo erit explicandus, differit autem ille de factis impiis non adeo atrocibus & Remp. non adeo offendentibus atque turbantibus.

Meditatio XV.

Rom. XIII. 5.

Leges civiles obligant etiam in conscientia.

Facit & hæc controversia numerum cum aliis, quæ parvi sunt ponderis ob evidentem decisionem. Contra conscientiam sunt omnia, quæ sunt contra justitiam & universalem & particularem; Jam igitur, si Magistratus civilis jubet nonnisi quæ justa, & prohibet nonnisi quæ injusta sunt, & hanc justitiam legum rimari non est subditorum, quia ex pacto legibus sunt subditi, sine licentia de illarum pondere jadicandi, omnino Leges civiles obligant in conscientia. Divina hæc comprobat vox interprete Paulo: *Seyd unterthan nicht*

nicht allein umb der Straffe willen, sondern auch umb des Gewissens wissen. Præsumtio semper est pro magistratu; Si enim Legum justitia cajusvis homuncionis & nasutuli censuræ subjicienda adhuc esset, pessime sane cum rebus Principum ageretur. Usus Practicus hujus controversiæ in eo est, quod interdum delinquentes contra novas leges cum Magistratu disputare soleant de utilitate Legis contra quam peccarunt, jussum vel prohibitionem talem fieri non potuisse temere defendantes, quibus tamen respondere solemus, Magistratum esse DEI vicarium; Conf LANGII diss. de Obligatione ad sustinendus penas, Jure & divino & humano præscriptas, Lips. 1703. Alia est quæstio: An Leges Civiles tutum aliquem reddant in conscientia? quam hoc loco, quia non facile dabitur alius, endare placet. Exempla præbent: Præscriptiones, exceptiones rei judicatæ, & omnes exceptiones mere Civiles, quando nempe adest obligatio naturalis quidem sed non civilis simul. Dubitant nonnulli Theologorum, an sine peccato his exceptionibus uti liceat? Sed putamus omnino, quod in hoc capite male consuleretur Reip. si aliud statueremus, quam quod omnino tranquilla queat esse conscientia; Interim solemus in Jure scrupulosis respondere, quod ipsi possint hunc sibi eximere scrupulum, tutiorem sibi eligendo sententiam, non utendo videlicet talibus exceptionibus.

Meditatio XVI.

Rom. XIII. 9.

*Non datur unum generale Juris Præceptum,
nec dantur tria.*

Vulgaris itidem & hæc est quæstio, quæ certe omni caret usu forensi; Sed ordine ita terente lubet paucis asserre: Unum universale Juris naturæ vel præceptum vel principium ponere, non esse possibile, quia semper dabuntur quædam vel agenda vel omittenda sub illo non comprehensa. Vid. consentiens plane Exc. LEYS. Medit. Vol. 1. Sp. III. med. 3. Dantur enim omnino turpia & honesta per se; Ex quo ipso fonte

fonte fluit, nec dari tria Juris præcepta generalia, sunt enim
 quæ ad neutrum itidem referri possunt; Et si forte tria exco-
 gitare liceret, illa tamen tria quæ institutiones monstrant
 §. 3. 1. de J. & J. certe eadem non erunt, quia nullum eorum
 excludit aliud, sed quodlibet comprehenditur sub quolibet;
 Et quamvis illud: suum cuique tribue, videatur sacra esse ancho-
 ra, tamen non omnia exhaustit, sunt enim delicta quædam,
 quæ fiunt inter partes consentientes, quæque nec Reip. nec
 proximo, nec ipsis delinquentibus nocent, imo quæ Deum
 immediate non offendunt, utut sint inobedientiæ adversus
 leges, qualia facta tamen in capite de officiis erga Deum quæ-
 re proprie non solemus. Tribus & iterum: Dantur ho-
 nesta & turpia quædam per se talia. Qui autem vult ha-
 bere colores elegantiarum illius 3. allegati, ille jubeat
 aurigam plaustrum, Commentariis veterum
 ad Institutiones onusti, sistere vehicu-
 lum, & de promat unum habebit
 fuci & funi satis.

Leg. p. 8. lin. 6. de Lege Naturali, loco de Offic. erga DEum.




*Prænobilitatque Literatissimo DNO. SCHWABEN,
Jurium & politioris Literaturæ Cultori strenuo,
Amico suo humanissimo, gratulatur
PRÆSES.*

Quem per annos habui Auditorem atque Commilitonem indefessum, quem ultra quinquennium Academia tenuit solertissimum & exemplarem Juris Studiosum, illum ducere in cathedram magna mihi est voluptas; Quem mihi per aliquot annos concredidit *Prænobilitissimus atque Excellentissimus Dominus Pater, Vir obmerita in Patriam & solidam sobriamque Praxin supra laudem meam positus*, illum restituere laudibus ornatum, ineffabilis mihi est lætitia. Nec affectata vel spuria sunt quæ scribo, imò scribo, quæ modestia mei Domini Respondentis magis declinare, quam expetere voluit; Sed dignum laude virum, etiam invitum, mea Musa laudare debuit. Utinam enim omnes qui evehuntur encomiis, illis adeo digni essent, quam meus Dominus Schwabe, ille nimirum qui nullibi & nunquam inventus fuit sine scopo versari. Dicunt communiter, finem in intentione primum, in executione autem ultimum esse, & recte satis, qui enim inter studiosos bonum finem sibi proposuit, & mediis ad illum ducentibus sollicite usus fuit, ille omnino finis sui executionem, Deô annuente, feliciter sortietur; Qui autem contrà vel sine fine versatur, vel vagum sibi proponit finem, ille etiam sine mediis versabitur, id quod testantur nonnulli, quos vel perpetuum delectat otium, vel qui spuriis utuntur mediis, adeo ut facile fiat præsagium, qualis futurus sit finis in executione, ex nihilo enim nihil fieri, prima est veritas, & quod ad media, imo & incaute electam methodum maleque selectos socios, neminem, quod ipse non habet, alteri dare posse, evictæ & invictæ est certitudinis; Sicuti enim ab immodestis modestiam, & a calumniatoribus veritatem expectare nemo poterit, sic etiam graculus facit graculos. Professores & Doctore s Academici sunt illi Testes

C

Res ad quos provocare poterunt Studiosi, a Patronis alii quando ad officia promovendi, qui igitur illis non nisi a facie vel ex actis & protocollis innotuit, frustra emendicare conabitur testimonia. Verum, dantur nonnulli, quorum propositum non ad altiora tendit, & quibus non opus est multa eruditione & laude, ne erubescant admovendi officiis & muneribus inferioris subsellii; prout enim natalium splendore coruscantes erubescunt, si viliores spartæ ipsis concredantur, ita etiam ornatis multis illustribus testimoniis, ipsis illis suspiria & commiserationes excitantur, conciliantur, si ambire inferiora fatis coacti fuerint; Prætoribus igitur paganis sufficient Prætorum paganorum testimonia, imo non sine omniere est, quosdam ex professo vulgarem ambire eruditionem, ne deficiant homines in vulgaribus, de politicis ego scribo officiis, applicandi, si enim omnes excellere laborarent, forte multa officia perpetuo vacare deberent. Expediret, si Doctores Academicci quotannis publicarent nomina Auditorum, ne, ceu sœpe accidit, Homines, qui nunquam illorum salutarunt Collegia, falso enumerarent Doctores Academiarum, in quibus vixerunt otio dediti, ac si illis Præceptoribus usi fuissent. Sed quia nihil operantur verborum testimonia, ubi non adsunt illa in rebus & factis, nec hoc consilio opus erit. Verum, redeundum mihi est ad meum Dominum Respondentem, testante ipsa veritate, ad majora natum & factum, & super quem non amplius militat præsumtio hominis, quod Patri similis sit futurus, sed qui pro se jam habet præsumptionem juris & de jure, quæ non admittit probationem in contrarium. Aspiret ipsi clementia summi Promotoris, quo nanciscatur fatorum florem & studiis dignam felicitatem. Vale, oculissime Domine Schwabe, & memor esto absoluti quinquennii & quod excurrit, jurisque & privilegi in illud tempus statuti; Memor etiam esto mei, quo nomine te obtestor sub formula promovendis prælegi solita:
ad quemcunque statum perveneris. Ito per fata futura pede fausto. Dab. d. 12. Nov. 1730.

— 3 (0) —



que Literatissimo DNO. SCHWABEN,
et politioris Literatur & Cultori strenuo,
mico suo humanissimo, gratulatur
PRÆSES.

er annos habui Auditorem atque Commilito-
indefessum, quem ultra quinquennium Aca-
a tenuit solertissimum & exemplarem Juris
m ducere in cathedram magna mihi est vo-
mihi per aliquot annos concredidit *Præno-*
Excellentissimus Dominus Pater, Vir obmeri-
& solidam sobriamque Praxin supra laudem
illum restituere laudibus ornatum, ineffa-
xitia. Nec affectata vel spuria sunt quæ
bo, quæ modestia mei Domini Responden-
nare, quam expetere voluit; Sed dignum
etiam invitum, mea Musa laudare debuit.
mnes qui evehuntur encomiis, illis adeo
am meus Dominus Schwabe, ille nimirum
nunquam inventus fuit sine scopo versari.
niter, finem in intentione primum, in exe-
ultimum esse, & recte satis, qui enim inter
n finem sibi proposuit, & mediis ad illum
cite usus fuit, ille omnino finis sui execu-
nuente, feliciter sortietur; Qui autem con-
versatur, vel vagum sibi proponit finem, ille
is versabitur, id quod testantur nonnulli,
rum delectat otium, vel qui spuriis utun-
*o ut facile fiat *præsagium*, qualis futurus*
itione, ex nihilo enim nihil fieri, prima est
ad media, imo & incaute electam me-
le selectos socios, neminem, quod ipse non
e posse, evictæ & invictæ est certitudinis;
modestis modestiam, & a calumniatoribus
tare nemo poterit, sic etiam graculus facit
ores & Doctore s Academici sunt illi Te-
stes